



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Nuntius Apostolicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 14 Nihil edatur sine licentia Vicariorum sub pena amissionis officii. *ibid.*
- 15 Denuntient legata pia postores saltē menses à morte testatorum sub pena excommunicationis ipso facto. *Pro. 2.*
- 16 Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute sanctæ obedientiæ & sub pena priuationis officiorum, ac solutione dupli, reuelare omnes dispositiones in favorem Sac. Aëdis Lauretanæ factas, vel faciendas intra octo menses à die mortis disponenti, extra Italiam intra verò, infra tres menses. *Pius V. apud Naldum V. Eleemosyna. n. 12.*
- 17 Si autem dispositio esset inter viuos, intra idem spatium à die solutionis facienda computandum. *Idem ibid.*
- 18 Quām breuissimè possunt, scribant reiectis superuacaneis, maximè in repetitionibus dignitatis iudicium, vel litigiorum. *Pro. 1.*
- 19 In criminalibus potest Episcopus vii Notario criminali ciuitatis, qui, si aduenia sit, non excedat tamen taxā sub quo-vis prætextu. *Congr. Ep. 14. April. 1615.*
- 20 Vbi non sunt Notarii in Diœcesi, adhibeantur duo vitæ integritate homines, qui acta conscribant, iisque mercedis taxa maior ne sit, quām Notariis prescripta. *Pro. 3.*
- 21 Cancellariæ ne vendantur, locentur ut nec earum nomine quidquam soluat sur quotannis quovis prætextu. *Pro. 1.*
- 22 Tabella edatur eorum, qua sunt expedienda gratis. *Pro. 5.*
- 23 Pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus ordinum seruetur decretum Concil. Trid. *ibid. v. Litt. dimissoriæ et testimoniales. num. 14. 15.*
- 24 Munera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in iuramento supra posito. *Pro. 4.*
- 25 Idem extenditur ad scriptores Cancellariæ Episcopalis. *Pro. 5.*
- 26 Mercedem, quām acceperint, scribant in fine causæ, seu processus, notatus diebus, quibus diuisim acceperint. *Pro. 4.*
- 27 De emolumentis Cancellariæ Episcopalis nihil prouersus utilitatibus priuatae ad Episcopum, eiusmè mensam, aut Vicarium aliosue nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & ministros pertinient, sub pena quadupli in Ecclesiæ restauratio-
nē, vel sacrifia vsum erogandi. *Pro. 5.*
- 28 Certus in ea habeatur liber protissimum Ecclesiæ, Parochialium præsertim, aliorumq; beneficiorum, quæ examine adhibiro conseruntur, in quo scribantur acta examinantis, dies vacatio-
nis, & modus dies editi, & proroga-
tionis eiusdem; nomina examinato-
rum, & examinandorum; dies exami-
nis, reiectorum, approbatum, nomen
electi ab Episcopo, & his similia. *ibid.*
- 29 In alio libro scribatur confessariis, co-
cianatores approbati, seu reiecti cum
nominibus examinatorū. Itē ordinati,
& alii, qui examini subiiciuntur. *ibid.*
- 30 Alia notabiliora, & criminalia quo-
que in tabellas referantur. *ibid.*
- 31 Notarios Episcopales tenentur omni-
no sibi sumere Iudices, & alii in littore
remissorialibus, & compulsorialibus
Ecclesiastici deputati in iis ex-
quendis. *Pro. 7.*
- 32 Notarius Episcopi gaudet priuilegio
fot. *Gratian. disc. cap. 340. tom. Et si de-
linquit, etiam sit laicus, punitur ab E-
piscopo. Ricc. in prax. ref. 471. num 3.
V. Forum Episcopale. num. 31. 59. 68.
Visitatio Episcopi. num. 58.*

ADDITIONES

Nuncius Apostolicus.

Non debet exercere Diuina in Ec-
clesia Archiepiscopi sine eiusdem
licentia. *Congr. Rit. q. Martij 1593.*

2 Neque potest ordinare clericos illius
Provincie ordinibus sacris sine facul-
tate sedis Apostolice, sed pecunia cont.
Trident. Congreg. Concil. 16. April. 1633.
Vide: Archiepiscopus.

Oblationes.

Oblationum institutum in Cathé-
drali, seu Parochiali Ecclesia ad
Missæ sacrificium colligetur ut, & ubi
non est, restituatur. *Pro. 4.*

2 Aliis in Ecclesiis interdictur oblatio.
ibid.

3 Ad consuetudinem retinendum, ob-
lato-